Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2517
Quelle:
Copyright:

Laccecus, Laczko. *Boziecus*, Boczko. *Jobannes*, Hanuſſius. *Menſa Regni*, Czuda. *Tubaeus*, de Duba. *Pocznaeus*, de Opoczna. *Wanecius*, Vanko. *Nigromontanus*, de Czernahora. *Aleſcbus*, Alſſo. *Senilius*, Smilo. *Hiniecius*, Hinko. *Roſaevallenſis*, Rozmital. *Sdeniecus*, Zdenko. *Cuniecius*, Kunika. *Stricilecius*, Stralek. Praeter ea, quae ipſemet exponit: *Speculaemontanus*, Wartemberg, *Arctolitbius*, Bernſtein, *Stellaemontanus*, Sternberg, *Facemontanus*, Lichtemberg, *Cboralitbius*, Landſtein, et *Hylolitbius*, Waldſtein.

VII. *fol.* 165. *Tractatus Magiſtri Jacobi de Miſa Theologi profundi de Exiſtentia vera corporis chriſti in ſacramento altaris katholice* (non plane) *conſcriptus.* Initium: *Utrum ex fundamento ſcripture ſacre* &c. Iam indicatus, ut *Index* docet. Ad calcem: *In Die Rogationum A. D. MCCCCLII.* id eſt, deſcriptus.

VIII. *fol.* 181. p. 2. *Purgatorium animarum vniuerſalis ponit Eccleſia et Sancti doctores nullo contradicente. in ſacra ſcriptura ſe veraciter fundantes.* Initium: *Quia caritate refrigeſcente et iniquitate ſuperhabundante iſtis in temporibus periculoſis* &c. Pertractatis notis in hac materia argumentis concludit ignotus Scriptor: *Poſtremo hoc ponimus et proteſtamur quod nullum ritum nullam conſuetudinem ex pompa plebis uel auaricia ſacerdotum ortam volumus releuare aut quouis modo approbare* &c. Alius quidam, ut videtur, *Auctoritates Sanctorum ad idem* adjecit, quas inter reperias *Doctoris Euangelici* (Wicleffi) locum *ex libro ſuo de Eccleſia et de Ciuili Dominio.* Ita miſcebantur omnia.

IX. *fol.* 185. *Magiſtri Jacobelli de Iuramento.* Tractatio brevis exponens, quando licitum ſit Iuramentum, hoc initio: *Pollicia bene recta eſt ordo principantis uel principancium ſuper ſubditorum bona temporalia propter bonum alicuius communitatis.* &c. paene tota e PP. Dictis conſarcinata.

X. *fol.* 189. *Incipit tractatus de corpore chriſti collectus per Magiſtrum Hus.* Initium: *Impugnantibus verba Euangelii et ignorantibus circa ſacramentum dominici corporis veritatem infallibilem* &c. Extat Opp. *Huſſi* edit. 1715. P. I. p. 202. nobis ita ſubnotatus: *Explicit tractatus de corpore chriſti collectus per reuerendiſſimum Magiſtrum Jobannem de buſynecz Anno Domini M°. CCCCXIII°. feria VI. poſt feſtum Wenceslai.* Aliter *Cod.* CCLI. quem confer.

XI. *fol.* 196. *Incipit determinacio Magiſtri bus de Sanguine ibeſu chriſti.* Initium: *Utrum chriſtus omnem ſanguinem qui de corpore ſuo effluxit* &c. Extat in Opp. mox *cit.* P. I. p. 191. et nobis ſaepius.

XII. *fol.* 209. *Sermo ad Clerum de feſto natiuitatis chriſti quem fecit et predicauit Reverendus Magiſter Jobannes przibram in eccleſia Sancti Egidij.* Hujus enim Rector erat. Initium: *Locuturus in hac alma Congregacione virorum ſapientum mens mea in diuerſa rapitur*